Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36814
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



115v

amari usque ad
mare • & a flumi
ne usque ad ter
minos orbis terra
rum ⁊

Coram illo procident
ethiopes • & inimi
ci eius terram
lingent ⁊

Reges tharsis & in
sule munera offe
rent • reges arabu
& saba dona ad
ducent ⁊

Et adorabunt eum
omnes reges • omnes
gentes seruient
ei ⁊

Quia liberauit pau
perem a potente •
& pauperem cui non
erat adiutor ⁊

Parcet pauperi & in
opi • & animas pau
perum saluas fa
ciet ⁊

Ex usuris & iniqui
tate redimet ani
mas eorum • & ho

Ethiopes · peccatores debemus aduertere · qui ante illum procedunt · quando se paenitentiae humilitate prosternunt ⁊ inimici iudaei · qui terram lingunt · id est terram sapiunt · et xpm non credunt ⁊

Per omnes reges · cunctas uoluit nationes intellegere ⁊ omnes gentes scilicet · quae per uniuersum mundum · et linguis diuidantur et partibus ⁊

Cum dicit · parcet · generaliter omnes homines peccatores ostendit ⁊ illis enim parcitur · qui mali quo reatu detinentur ⁊ ipsi enim saluifiunt · qui regnum di possidebunt ⁊

Reges ergo tharsis · id est dominationes uiuorum · dona offerunt dō · quando ei probantur animo seruire deuoto ⁊ in sule qui circum fluentia mundi uitia a suis corporibus exclusserunt ⁊ Reges arabum · qui blandimenta corporum subiciunt ⁊ rigidae discipli ne · qui omnes dona uirtutum offerant dō ⁊

Liberauit pauperem · id est fidelem populū · a potente diabolo ⁊ et pauperem cui non erat adiutor · quia humanum genus ad idolorum culturam se contulerat · quid abes adiuuari poterat · qui uel sensum peccudum non habebant ⁊

Usura · abusu appellatu est · quae credite pecunie pcurant semp augmentum ⁊ sic inpetrato uiuentib · usura crescit malorū ⁊ Abusus ergo usuris · liberantur